

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Septem psalmi poenitentiales

Hofmann, Caspar

Norimbergae, 1623

VI.

[urn:nbn:de:bsz:31-138667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-138667)



SEPTEM PSALMI

POENITENTIALES.

VI.



*A*h DEUS, ah, noli vindictam

(sumere de me,

Dum furor in cursu tuus est, & ver-

bera suadet!

Ah DEUS, ah, noli colaphos nimis esse frequētes,

Dum furor in cursu tuus est, & verbera suadet!

Esto bonus, placidusq; mihi, DEUS optime, fonti,

Namq; mea sensim vires, sensimq; labascunt,

Et metus est, ne si dextrā lacerare cruentā

Porrò velis me, jam confidam vulnere in ipso.

Ah DEUS, ut miserè t'abo sanieq; refertum

Corpus hebet, notusq; animi vigor abstulit omnis.

Nempe imas penetrat lethalis arundo medullas,

Nec tam tantillum superest in corpore sani.

Respice me DEUS, atq; inimicā retrabe dextram,

Respice me DEUS, auxiliūq; mihi citius affer,

& Affer opem, medicamq; manūm bonitate paternā,

A 2

Ne

Ne dum cunctaris, linguat me spiritus iste.

*Hei mihi, trux hostis, misereri nescius hostis!
Ecce tibi, furvum jam jam proficiscor ad Orcum,
visne ibi futilibus tua facta insignia larvis
Cōmemorem? oh frustra! silet heic tua gloria passim.*

*Et quæ finis erit? Gemitu tectum omne reple vi
Hactenus, assiduas turbat à mente querellas
Factans: quin stratū lacrymarum flumine inundat,
Dum vanis totas singultibus integro noctes.*

*Jamq; ad eò siccis vox rauca in faucibus hæret,
Exhaustoq; oculos nec quicquam postulo aqua vim.
Hinc faciei decus omne perit, frontemq; serenam
Ruga senilis arat, jam tum juvenilibus annis.*

*In promptu causa est: furor hosticus agmine factò
Infundens sese, modò vi, modò fraude, doloq;
Præsentem intentat vario mihi crimine mortem.
Nam, qui defendat, longè sese abstinet à me.*

*Fallor? an auxilium cælo se ostendit ab alto.
Evohe, quo pectus mihi sentio ab igne calere?
Quæ nova lux oculos perstringit? scilicet Ille
ILLE DEUS, cui vota fero, cui supplico, præstò est.*

*Itē procul, procul ite cruces, discedite flagra,
Quos DEUS ulcisci mea crimina fecerat. Ohe,
Nondū etiã fugitis? PATER est, qui cadere NATUM
Jusserat, & modicâ contentus lite quiescit.*

Itē igitur furia. DEUS audit vota, precesq;

At

At vos carnifices pudor occuper, & pavor, ut ne
Ad tale officium sit fas rediisse lubido.

XXXII.

Quam bona, quam sua vis, tranquilla & com-
(moda vita est!

Si cui propitio condonet numine lapsus,
Et late obducto velo circumtegat apte

Ille Deus, culpis hominum miserescere quis cit!

Hæc proprio didici malo. Enim sub nube latere

Cum vellem, & studio peccata abscondere multo,

In speciem purus sceleris, vitaq; pudica:

Hei quantos egro sensi sub corde dolores!

Hinc tacite virus se didere corpus in omne

Cepit, & internas per vadere ad usq; medullas.

Nulla quies, nullus somnus mihi, nulla voluptas

Obiigit, in gemitu pernox & per dius hæsi.

Scilicet immitti tundebas verberere tergum,

Instando assidue, & laxando frena furori,

Ne mihi vel minimum superesset temporis (cheu!)

Quo possem aterna componere membra quieti.

Ac velut: latos cum Sirius ustulat agros,

Languida flaccidulo nutant sata cuspide: sic me,

Sic exuccarunt plagæ sine more ruentes,